

AD VESPERAS

HEBDOMADA I

FERIA VI

INCHOATIO

D E-us, in adiu-tórium meum inténde. Dómine, ad
 ad-iuvándum me fes-tí-na. Glóri-a Patri, et Fí-li-o, et Spirítu-i
 Sancto. Sicut erat in princípi-o, et nunc, et semper, et in
 sæcu-la sæcu-lórum. A-men. Al-le-lúia.

HYMNUS

IV
P Las-mátor hó-minis, Deus, qui, cuncta solus órдинans,
 humum iubes prodúcere reptántis et fe-ræ genus. 2. Qui
 magna rerum corpora, dictu iu-néntis ví-vi-da, ut sérviant
 per órдинem subdens de-dísti hómini. 3. Re-pél-le a servis
 tu-is quicquid per immundí-tiam aut móribus se súggerit

aut ácti-bus se intérsarit. 4. Da gaudi-órum præmi-a, da
 grati-árum múnera; dissólve li-tis víncu-la, astrínge pacis
 fóedera. 5. Præsta, Pater pi-ís-sime, Patrique compar U-ni-ce,
 cum Spíri-tu Pará-c-li-to regnans per omne sæculum. A- men.

ANTIPHONA 1

II D

S

A-na Dómine * á-nimam meam, qui-a peccávi ti-bi
 PSALMUS 41(40)


Be-átus qui intellégit de e-gé- no: * in di-e mala li-berábit

eum **D**óminus. † e-um,

Dóminus servábit eum, et vivificábit eum, †
 et beátum fáciet eum in terra, *
 et non tradet eum in fauces inimicórum eius.

Dóminus opem feret illi super lectum dolóris eius; *
 univérsum stratum eius versábis in infirmitáte eius.
 Ego dixi: „Dómine, miserére **mei**; *
 sana ánimam meam, quia peccávi **tibi**.“
 Inimíci mei dixerunt mala **mihi**: *
 „Quando moriétur, et períbit *nomen eius*;‘
 Et si ingrediebátur, ut visitáret, vana loquebátur; †
 cor eius congregábat iniquitátem **sibi**, *
 egrediebátur foras et *detrahébat*.
 Simul advérsum me susurrábant omnes inimíci **mei**: *
 advérsum me cogitábant mala **mihi**:
 „Malefícium effúsum est in **eo**; *
 et qui decúmbit non adíciet ut *resúrgat*.“
 Sed et homo pacis meæ, in quo sperávi, *
 qui edébat panem meum, levávit contra me *calcáneum*.“
 Tu autem, Domine, miserére **mei**; *
 et resúscita me, et retríbuam **eis**.
 In hoc cognóvi quóniam voluísti me, *
 quia non gaudébit inimícus *meus* **super** me;
 me autem propter innocéntiam suscepísti, *
 et statuísti me in cospéctu tuo in *ætérrnum*.
 Benedíctus Dóminus Deus **Israel** *
 a sáculo et usque in sáeculum. *Fiat, fiat*.
 Glória Patri et **Fílio**, *
 et Spirítui **Sancto**.
 Sicut erat in princípío et nunc, et **semper**, *
 et in sácula *sæculórum*. **Amen**.


II D



S A-na Dómine * á-nimam meam, qui-a peccávi ti-bi

ANTIPHONA 2

VII c2




D O-minus, * virtútum nobíscum, re-fú-gi-um no-bis




De-us Iacob

PSALMUS 46(45)



Deus est nobis refú-gium et vir-tus, * ad-iu-tó-rium in



tribu-la-ti-ó-nibus invéntus est ni-mis. † terræ,
Proptérea non timébimus, dum turbábitur terra, *
et transferéntur montes in cor maris.

Fremant et intuméscant aquæ eius, *
conturbéntur montes in elatióne eius.

Flúminis rivi lætíficant civitátem Dei, *
sancta tabernácula altíssimi.

Deus in médio eius, non commovébitur; *
adiuvábit eam Deus máne dilúcullo.

Fremuérunt gentes, commóta sunt regna; *
dedit vocem suam, liquefacta est terra.

Deus in médio eius, non commovébitur; *
adiuvábit eam Deus máne dilúcullo.

Dóminus virtútum nobíscum, *
refúgium nobis Deus Iacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, *
quæ pósuit prodígia super terram.

Auferet bella usque ad finem terræ, †
arcum cónteret et confrínget arma, *
et scuta combúret igni.

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Dóminus, *
exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra.


Dóminus virtútum nob'í scum, *
refúgium nobis Deus Iacob.

Glória Patri et Fílio, *
et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio et nunc, et semper, *
et in sæcula sæculórum. Amen.


ANTIPHONA 3

VI *F*



O Mnes gentes * vé-nient et a-dorábunt coram te Domi-ne.

CANTICUM




Magna et mirabí-li-a ó-pe-ra tu - a, Dómine Deus *omní*-potens:
 Iustæ et veræ sunt viæ tuæ, *
 Rex *sæculórum*.
 Quis non ti mébit *te*, Dómine, *
 et magnificábit *nomen tuum*?
 quia solus **p**ius es, †
 quóniam omnes gentes vénient et adorábunt in conspéctu tuo, *
 quóniam iudícia tua *manifésta* sunt.
 Glória Patri *et Fílio*, *
 et Spíritui **S**ancto.
 Sicut erat in princípío et nunc, *et semper*, *
 et in *sæcula sæculórum*. Amen.

LECTIO BREVIS (ROM 15,1-3)


Debémus nos firmióres imbecillitátes infirmórum sustinére, et non nobis placére. Unusquisque vestrum próximo suo pláceat in bonum ad ædificatióem. Etenim Christus non sibi plácuít, sed sicut scriptum est: Improperium improperántium tibi cecidérunt super me.

RESPONSORIUM BREVE


VI



C Hristus di-lé-xit nos * In sángu-i-ne su-o.



Ry. Christus *Ÿ*. Et fecit nos Deo regnum et sacer-dó-ti-um. *




Ÿ. Glori-a Patri, et Fi-li-o, et Spiri- tu-i Sancto. Ry. Christus


AD MAGNIFICAT

VII a


S



Us-cé-pit nos Do- minus * pú-e-ros suos, recordátus



mise-ricór- di-æ su-æ



Mag-ní-ficat * á-nima me- a Dóminum.



Et exsultávit **spí-ri-tus me-us** * in Deo salvató - re **me - o**,
quia respéxit humilitátem ancíllæ **suæ**. *

Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes,
quia fecit mihi **magna**, qui **potens** est, *

et sanctum **nomen eius**,
et misericórdia eius in progénies **et progénies** *
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in **brácchio suo**, *
dispérsit supérbos mente **cordis sui**;
depósuit **poténtes de sede** *

et exaltávit **húmiles**;
esuriéntes implévit **bonis** *
et dívites dimísit **inánes**.

Suscépit Israel **púerum suum**, *
recordátus **misericórdiæ**,
sicut locútus est ad **patres nostros**, *

Abraham et sémini **eius in sáecula**.
Glória **Patri**, et **Fílio**, *
et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, *
et in sáecula **sæculórum**. Amen.

PRECES

Benedíctus Deus, qui propítius vota egéntium intuétur et esurién-
tes replet bonis; fidénter ígitur ei supplicámus:

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

Dómine, Pater noster clementíssime, te rogámus pro doléntibus
membris Ecclésiæ tuæ,

- quorum caput, in ligno crucis suspénsus, sacrificium vespertí-
num consummávit.

Solve compeditos, illúmina cæcos,

- pupíllas et víduas súscipe.

Tuam fidéles omnes índue armatúram,

- ut advérsus insídias diabóli consístere possint.

Nobis, Dómine, misericors adésto in hora éxitus nostri,

- ut fidéles inveniámur et in tua pace ex hoc mundo transeámus.

Educ defúctos in lucem, quam inhábitas,

- ut te conspíant in ætérnum.

Pater noster, etc.

ORATIO

Concéde nobis, fámulis tuis, quæsumus, Dómine, ut exémpis Fílii
tui passiónis instrúcti ad iugum eius suáve portándum simus se-
mpér idónei. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti,
Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Benedícat vos omnípotens Deus, Pater, et Fílius, et Spíritus San-
ctus.

Amen.